



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

Cap. XXXIII. De Congregatione Cardinalium pro universitate Studii Romani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](#)

CAPUT XXXIII.

De Congregatione Cardina-
lium pro Universitate Stu-
dii Romani.

1. A quibus Pontificibus institutæ sint Romæ di-
versæ facultates scientiarum.
2. Sixtus V. præfecit Universitati congregatio-
nem, quod sit ejus officium.
3. Curam habet aliquorum Alumnorum in urbe
& nonnullarum Universitatum.
4. Antiquata hac Congregatione curam Studii
publici nunc habet Camerarius.

• I

Instituit jam olim Romæ studium ju-
ris Canonici & Civilis Innocentius
IV, ut habetur in cap. 2. de Privilegiis in 6.
Lectoresque linguæ Hebraicæ, Arabi-
cæ & Chaldeæ Clemens V, ut est in Clem.
I. de Magist. atque etiam Generale studium
cum Privilegiis pro Doctoribus & Scho-
laribus Bonifacius VIII. Const. 9. In supre-
mæ Anno 1303. cuius studii Regimen &
facultas creandi Doctores Juris Canonici
& iuris Civilis concessa est deinde Collegio
Advo-

Advocatorum Consistorialium per Constitutionem 62. Sixti V. Sacri. & promovendi ad gradus Philosophiae & Medicinæ Collegio Medicorum Physicorum Urbis ex Constitutione 20. Julii III. Meritis. Electionem vero Theologiae generaliter haberi decrevit Concilium Trident. sess. I. & novissime addidit Cathedram Rhetoricæ cum annuæ provisionis assignatione , nec non Privilegiorum & indulctorum , quibus alii Cathedratici dicti Gymnasii gaudent communicatione. Urbanus VIII. in Conf. 83. Militantis.

2. Ut ergo Romanum hoc Gymnasium, & Universitatem ornaret magis & amplificaret , ejusque rationibus quam optime consuleret Sixtus V. instituit Congregationem quinque Cardinalium , quam dicto Gymnasio & Universitati , illiusque reformationi præfecit ; Ideoque facultatem illi concessit , ut , cum opus fuerit præclaros Theologiae Magistros , Juris Consultos egregios , & liberalium artium Professores eximios undecunque ad juventutem erudiendam evocet , eisque pro meritorum ratione , re tamen cum Pontifice collatâ stipendium constituat.

3. Curam etiam habere debet Alumnorum

758 De Cong. Card. pro Un. Studii R.
mnorum, qui in Collegio Græcorum,
Maronitarum, & Neophytorum in sacra
Theologia, artibusque liberalibus He-
braicè, Græcè, Arabicè, & Chaldaicè
instituuntur, ut ad ea studia ardente-
re animo complectenda excitentur. Cum
Sedes Apostolica in tutelam & cliente-
lam receperit Universitates Parisensem,
Oxonensem, Bononiensem, & Salam-
mantinam, imponitur quoque huic Con-
gregationi, ut earundem Universitatum
atque ad eas pertinentium negotiorum
apud Sanctam Sedem curam gerat, illa-
rumque necessitates Pontifici exponat,
ut auxilium iis afferre possit, easque
per literas interdum visitare tenetur
Sixtus V. l.c.

4. Verum hæc Congregatio teste Car-
dinale de Luca Rel. Rom. Cur. disc. 27. an-
tiquata modo, nec amplius est in usu,
sed Præfecturam Gymnasii seu Studii pu-
blici in Urbe habet Camerarius sub cu-
ra & administratione Collegii Consisto-
rialium, qui facultatem habent confe-
rendi in utroque Jure lauream Docto-
ratus, Præsidente nomine Camerarii
Prælato aliquo, qui ab eodē constituitur,
& ut plurimum esse solet Auditor Rotæ.

CAPUT

CAPUT XXXIV.

De Congregatione pro Uber-
tate Annonæ Status Ec-
clesiastici.

- 1. Quem in finem Sixtus V. hanc Congregatio-
nem erexerit.
- 2. Designavit pro Annona comparanda 200000:
Scutorum.
- 3. Qui spectent ad hanc Congregationem, De-
positarius sine mandato Praefecti exponere
nil potest.
- 4. Nunc tota ferè Annonæ cura relinquitur Prae-
fecto, qui eligitur à Pontifice.
- 5. Officium illius & facultas.
- 6. Prohibitio non asportandi Annonam quos
non comprehendat.
- 7. Quos adjutores & ministros habeat Prae-
fectus.

I.

Eexit Sixtus V. Constit. 74. Immensa
Congregationem Cardinalium, quæ
suret non solum in Urbe, sed in uni-
verso etiam Statu Ecclesiastico tempora-
li copiam frumenti aliarumque frugum

Bbb

ad